



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 63. Arelatensis Cardinalis artes ad sedandas turbas adhibitæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. ultra procedendum: fore enīn, ut hac tem-  
A. C. 1439. poris mora Prælatorum animi ad unio-  
nem reducerentur. Ægre admodum has  
inducias ferebant Panormitani Fautores,  
qui hujus intercessionem omnino acce-  
ptandam contendebant. Quam ob rem  
novi exorti clamores, tantique strepitus  
insonuere, ut articulorum lectio adstan-  
tium aures penitus effugeret. Jamque  
dies ad occasum inclinabat, & concluſum  
adhuc erat nihil: dum tandem Cardina-  
lis Arelatensis servidis quorundam pre-  
bus, & Lausanensis Episcopi, plurim-  
que Theologorum hortatu devictus, ad  
sedanos tumultus in fraude, atque ani-  
bus consilium quærere aggressus est.

### §. LXIII.

*Arelatensis Cardinalis artes ad se-  
dandas turbas adhibitæ.*

Mentiebatur itaque, se habere, que  
proponeret, a modernis tamen con-  
troversiis longe diversa; cumque hac sua  
fraude omnium aures avide suspensas te-  
neret, novo commento exponebat, ex Gal-  
liis delatas sibi fuisse epistolas novis, ac  
fideni hominum superantibus nuntiis ple-  
nas, quas, si eum benevole audirent, pa-  
lam prælegere vellet. Confessore omnes,  
& Cardinalis ferrum, dum calet, cuden-  
dum ratus, sensim sine sensu Epistolæ  
con-

contextum ab iis, quæ continebat, ad Sæcul. XV.  
 agitatam quæstionem deflexit, de suo A. C. 1439.  
 subjungens, quod Eugenii Papæ Nuntii  
 in Galliis novam hanc doctrinam, scilicet  
 Papam Synodo esse superiorem, quaqua-  
 versus disseminarent, nisi ergo opportuno  
 medio in tempore occurratur, ejusmodi  
 opinio latius sese diffundens brevi in  
 cordibus populi altas ageret radices: Sy-  
 nodi, prosequebatur, potissimum interest,  
 malo grassanti remedium afferre, quo ta-  
 men nullum magis præsentaneum est,  
 quam si ex illis octo Conclusionibus antea  
 stabilitis saltem tres primæ acceptaren-  
 tur. Hæc verba magno suorum applau-  
 su, atque encomio excepta fuere, & Car-  
 dinalis nomine totius Synodi rem con-  
 clusam pronuntiavit.

### §. LXIV.

#### *Cardinalis Tarragonensis Basileæ.*

Eodem die Cardinalis Tarragonensis Ba-  
 sileam venit, quem, ut ut generali  
 Congregatione antea absentem Catalani  
 tamen & Longobardi præveniunt, ejusque  
 animum oppugnant, ac crebra cum eo  
 colloquia miscentes deliberant, qua via  
 Papæ Eugenii auctoritas vindicari pos-  
 set; nonnullis eorum omnino deferendum  
 concilium videbatur, aliis vero persistendum, *Æn. Sylv.*  
*omnique nisu resistendum, ne quid ulterius loc. cit.*